



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaranensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

7. Monialium superior eligatur non minor 40. annis, & quæ post octo
annos professionis laudabiliter vixerit, & si talis non sit in monasterio,
eligatur ex alio, vt in text. vel ex eodem monasterio ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

- nium eligentium recipient, electionem reputari secretam, & canonicam, referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 189. Aloys. Ricc. d. Neapol. decif. 197. num. 2. part. 4. Castellin. de electione. cap. 4. num. 4. Sigismund. à Bononia in simili tract. dubit. 27. num. 11. Tamburin. de iure Abbatum tom. 1. disput. 5. quest. 6. num. 8.
7. In electione Abbatissarum, vel alterius Superiorissarum posse vota singularium Monialium per Episcopum unum Vicario, vel alio viro assumpto pretensus accipi, licet quatuor, aut quinque ea sciant, si hoc est iuxta formam statutorum Religionis, referunt decifum Galer. in margarita casuum conscientie, verb. Abbatissa. Nicol. Garc. d. num. 189. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. resol. 637. in 2. edit. Molief. d. part. 1. tract. 6. cap. 16. num. 154. Castellin. d. cap. 4. num. 4. & cap. 5. num. 28. Fr. Sigism. à Bononia. d. dub. 27. num. 11. Tamburin. d. disput. 28. quest. 4.
8. Ita strictè hoc decretum esse intelligendum, vt si post electionem factam in Bullis confirmationis, seu patribus exprimerentur nomina eligentium, electio & sicut nulla, refert decifum Castellin. d. cap. 4. num. 61.
9. Eligentes per schedulam aliquo patenti signo signata, vt innotescat scrutatoribus, vel vni ex illis, quod talis elector eligit illum nominatum inschedula facere electionem non secretam, & peccare mortaliter, ac proinde sic electum factum de hoc certum, teneri resigneare praelecturam, sive officium, vel petere à Sanctissimo confirmationem cum dispensatione, referunt decifum Laurent. de Perinis. tom. 1. de Relig. subdit. & Prelato, questione 1. de obedientia, cap. 21. Castellin. dict. capitul. 4. num. 61.
10. Aduertit Fr. Emman. quest. regular. tom. 2. quest. 52. artic. 9. intentionem Concilij in praetenti suffite statuere, quod Capitula facerent electiones secretas in hoc sensu, id est, quod non permittant fieri a liquido, ex quo publicari possint nomina eligentium, & si tale quid factum fuerit, electio non valet, & subdit ex doctrina Nauarr. d. consil. 9. de elect. in neu. quod hoc habet locum in electione per scrutinium, non autem in electione per compromissum.
11. Vtrum autem in electione Superiorum Regularium Prafidens Capituli possit precipere scrutatoribus sub precepto sancte obedientie & pœna excommunicationis latè sententia, ne recipient suffragia oretenus tradis solita pro aliquibus ultra certum numerum electioni insufficientem, sed eo completo dicant electoribus ad aures, prout seruati dicitur, vt dent alijs eorum vota? & an electio hoc modo celebrata sit valida? decifum suffite de anno 1625, refert Castellin. d. cap. 4. num. 66. hanc eligendi rationem, qua libertati electionis, ac naturali consensi aduerteratur, omnino improbari, electionesque haec tenus celebratas si scrutatores precepto superioris obtemperantes singulorum eligentium vota non receperint, pro Canonis non haberi.
12. Electionem esse nullam, quando aliqui ex electoribus vnicam schedulam recipiunt vnico nomine scriptam, & nomen electi notum scriba, vel alteri reponunt in capsula, similiter qui accipiunt de manu scriba duas sche-
- dulas, & vnam quam voluerint, reponunt, alteram scindunt, quia scriba potuit reuelare talem, qui non habuit, nisi vnam schedulam, vel talem, qui non habuit duas, referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 193. Aloys. Ricc. d. Neapol. decif. 197. num. 3. part. 4. Castellin. de elect. cap. 5. num. 25. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 31. num. 6. Rota in Treueren. Abbatis 8. Maximini 20. Novembris 1624. coram R. D. mo Coccino Decano, impresa per Massobr. in praxi habendi concursum prelud. 8. in princ. num. 69. secundum Rom. manam impress.
- Procuratores legitimè constitutos cum generali mandato ad eligendum ab ijs, qui legitimè impediti sunt, non excludi, dummodo non habent speciale mandatum de eligenda certa persona, quia tunc votum non posset effe segretum, refert decifum Nicol. Garc. dict. capitul. 4. numero 200.
- Si quis electorum ante scrutinium verbo dicat se vel le eligere hunc, vel illum, non propter hoc tolli, quin electio sit secreta, eo quia potuit pro altera suffragium praestare, tradunt Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 196. Castellin. dict. cap. 5. num. 26. in fine.
- Electionem Regularium ita debere fieri per vota secreta, vt non possit fieri per viam compromissi, aut inspirationis, referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 204. Castellin. de elect. cap. 7. num. 7. vers. ad quorum, Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 2. num. 7. & dub. 31. num. 14. vers. & insuper, contra Fr. Emman. in summ. part. 1. cap. 102. num. 2. & cap. 103. num. 3. & quest. regul. tom. 2. quest. 51. art. 9. in fine.
- Electionem Abbatissæ factam per vota non secreta, per ignorantiam huius decreti non valere, nec Episcopum posse dispensare, vt valeat referunt decifum Aloys. Ricc. d. Neapol. decif. 197. num. 7. part. 4. Molief. d. part. 1. tract. 6. cap. 16. num. 156. Nauarr. in singul. conclus. 86. num. 3. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 31. num. 10.
- Si verò contra huius decreti constitutionem, &c.] Vide Nauarr. consil. 2. num. 4. de elect. in antiqu. alias consil. 8. num. 2. eod. tit. in nou. Fr. Sigism. à Bononia dubit. 8. num. 8.
- Vtrum autem hodie sufficiat, quod vota sint secreta ex dispositione praedicti decreti, absque alia forma? Affirmat Fr. Ludovic. Miranda in man. praelat. tom. 2. quest. 23. artic. 15. conclus. 2. circa med. afferens dispositionem, text. in cap. quia proper, de elect. modò sublatam esse per Concilium in praesenti.
- Negant Fr. Emman. in summ. part. 1. cap. 102. num. 2. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Abbatissa. §. 6. Azot. institut. moral. part. 1. lib. 13. cap. 10. quest. 2. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 27. num. 10. & 11. Rota in Meten. monasterij 5. Iulij 1621. in fine vers. Denique, coram R. D. mo Coccino Decano, & iterum in Treueren. Abbatis sancti Maximini 20. Novembris 1624. coram eodem, impresa per Massobr. in praxi habendi concursum, prelud. 8. in princ. num. 68. secundum Rom. impress. merito obseruantes, quod quando disponitur, quod omnes electiones Regularium debeant fieri per vota secreta, non tamen confetur sublata forma d. cap. quia proper, sed adhuc in suo robore perseverant, sunt verba Rota in d. Meten. monasterij.

Monialium superior eligatur non minor 40. annis, & quæ post octo annos professionis laudabiliter vixerit, & si talis non sit in monasterio, eligatur ex alio, vt in text. vel ex eodem monasterio una eligatur, quæ trigesimum annum compleuerit, & vnicuique monasterio sit vnicia superior. Et Episcopus in huiusmodi electionibus sicut & Regularis superior stent ante cancellorum fenestram ad audienda singulorum vota.

C A P V T VII.

1. Doctores de materia cap. agentes.

3. Abbatissæ, seu Priorissæ officij non sunt capaces illegitime, & quacumque quæ virgines non sunt.

4. Bigama Monialis absque dispensatione in Abbatissam eligi non potest.

Barbos. Collect. in Consil. Trid.

- 5 Infamis non potest in Abbatissum eligi.
 6 Abbatissa in electione duas partes concurrere debet ex tripartito numero Monialium.
 7 Abbatissa in electione dare votum non potest eorum superior in casu discordie.
 8 Episcopus non potest dispensare in etate 40. annorum que ad Abbatissatus officium requiritur.
 9 Electio Abbatissae minoris 40. annorum est nulla si in monasterio non deerant aliae quadragenariae.
 10 Constitutio Gregorij XII. habet locum in omnibus Monialium monasterijs quarumvis militarium.
 11 Abbatissa expleto officiorum suorum triennio non

- possunt denuo eligi ad eadem officia.
 12 Abbatissa soror potest succedere in officio sorori.
 13 Monialium scrutatores in electione Abbatissarum non possunt supplere pro numero vocum requisitorum.
 14 Abbatissa non potest duobus monasterijs presidi.
 15 Episcopus qui Abbatissae electioni praesit, claustra monasterii non ingreditur, sed ante cancellorum fenestellam vota singulorum audire & recipere debet.
 16 Episcopus potest vna cum superioribus Regularibus quorunque Abbatissarum electionibus per se, vel per alium interesse.

Concil. Carthag. 3.
 Concil. Ag. c. 19. c. fan. Simon. 20.
 quæst. 1.
 b. Cap. inde-
 nitiatib. de-
 ele. in 6.
 c. Concil. A-
 gat. cap. 57.
 c. vnum. 24.
 o. i. Concil. Cabironen-
 cap. 32.

Abbatissa, & priorissa, & quocumque alio nomine Praefecta, vel Proposita appelletur, eligatur & non minor annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit. Quod si his qualitatibus non reperiatur in eodem monasterio, ex alio eiusdem Ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum Superiori, qui electione praesit, videatur, ex ijs, quæ in eodem monasterio annum trigesimum excelerint & quinque saltē annis post professionem recte vixerint, Episcopo, vel alio Superiore consentiente, eligatur. **D**uobus vero monasterijs nulla præficiatur. Et, si qua duo vel plura quocumque modo obtinet, cogatur uno excepto, intra sex menses cætera resignare. Post id vero tempus, nisi resignauerit, omnia ipso iure vacent. **I**s vero, qui electioni praesit, Episcopus, sive alias Superior, claustra monasterii non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestellam vota singulatum audiat, vel accipiat. In reliquis seruentur singulorum Ordinum, vel monasteriorum constitutiones.

Vide Fr. Emman. quæst. regul. tom. 15. art. 3. Azor. inst. moral. part. 1. lib. 13. cap. 10. à princip. Zerol. in præc. Episcop. part. 1. verb. Abbatissa. §. 1. Piasac. in simili præxi part. 1. cap. 2. de benedict. Episcop. num. 3. pag. 71. & part. 2. cap. 3. nn. 57. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 1. nn. 45. eum segg. Valer. Reginald. in præxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 166. in princip. Nicol. Garc. de benefic. part. 7. cap. 4. num. 42. & num. 71. Vixian. in præxi iuri patronat. part. 2. lib. 5. cap. 5. num. 7. cum sequentibus Zypre. in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. sub tit. de elect. num. 9. Campan. in diuersor. iuris canon. rubr. 7. cap. 6. num. 89. Molfes. in summa Theologia moralis. tract. 6. cap. 7. num. 46. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 12. cap. 3. quæst. 15. supposit. 4. Aloy. Ricc. in decisi. curia Archibisp. Neapolitan. part. 4. decisi. 281. num. 3. & decisi. 309. Portel. in dubijs regularibus verb. Abbatissa. ex num. 2. Nouar. in singulariis conclus. 13. 87. & 88. Hieron. Venero. & Lewa in examine Episcop. lib. 6. cap. 28. Hieron. Roderic. in compendio quæstionis Regularibus resolut. 2. à numer. 1. Lauret. de Franchis in controv. inter Episcop. & Regular. pag. 153. cum seq. Lezana in summa questione Regul. capitul. 26. Tambur. de iure Abbatissar. disputation. 28.

Illegitima non posse absque dispensatione Papaæ,
 2. seclusi Religionum privilegiis, esse Abbatissam, vel Priorissam, tenebit Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 10. in fine. Mandos de signature gratia, rit. de dispensat. super defectu natural. in fine. Nauarr. in man. cap. 27. num. 301. & commento 2. de Regularibus num. 60. Fr. Emman. in summa. tom. 2. cap. 29. num. 12. Soar. item 5. de censur. diff. 50. secl. 5. num. 15. Sayr. in simili tract. lib. 5. cap. 11. num. 3. in fine. Flamin. Paris. de refugiat. benefic. lib. 3. quæst. 12. num. 11. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de disciplina. cleric. §. 3. num. 50. Sanch. in precepta. Eccl. galog. tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 19. & 20. Sigismund. à Bononia de elect. dub. 72. Sanctarel. variar. resolut. quæst. 40. num. 7. Ego ipse in collectan. ad c. 1. num. 7. de filiis Presbyt. Aldan. in compendio Caxon. resolut. lib. 1. tit. 28. num. 10. vbi refert deciūm sub die 27. Aprilis 1630. electionem Monialis illegitime in Abbatissam absque dispensatione Apostolica, esse de Iure irritam. Homobon. de statib. p. 1. cap. 24. Nald. in sum. verb. Abbatissa num. 2. Azeued. conf. 24. num. 8. Castellin. de elect. cap. 17. numer. 5. Tambur. de iure Abbatissar. disputation. 28. quæst. 11. nouissimè D. Felician. de Vega Archeep. Mexican. in relect. ad cap. cùm deputatis. numer. 24. de inde.

Contra Fr. Emman. sibi contrarium quæst. regul. tom. 1. quæst. 13. art. 1. Portel. in dubijs Regular. verb. Abbatissa.

num. 6. Hieron. Roderic. d. resolut. 2. num. 21. Fr. Ludou. Miranda de sacris Monialib. quæst. 6. art. 3. Lezana d. cap. 26. nu. 6. Diana moral. p. 3. tract. 2. resolut. 101. Sel. in select. canon. cap. 29. nu. 23. vbi refert ita deciūm in Cordub. de anno 1582. existimant illegitima posse absque dispensatione Papæ esse Abbatissam.

Nec folias illegitimas, sed etiam quascumque, que virginis non sunt, excludi ab Abbatissæ, seu Priorissæ officio, per cap. iuuenclulas 20. quæst. 1. & cap. 2. 1. quæst. 7. tuentur Mandos de signature gratia, rit. dispensatio pro corrupta statim in princip. & §. 5. eq. in addit. ad Lap. allegat. 60. litt. N. Sel. de benef. p. 4. quæst. 7. num. 7. Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 29. num. 13. Vuald. in candel. aureo. part. 3. cap. 5. num. 13. in 2. edit. Fr. Emman. quæst. 8. regul. tom. 2. quæst. 54. art. 3. Lauor. var. sucubr. tom. 1. tit. 4. c. 24. num. 10. Castellin. de elect. cap. 17. num. 5. 1. & 17. Diana d. p. 3. tract. 2. resolut. 99. Lauret. de Franchis vbi supra pag. 158. in ref. ad 6. Lezana d. cap. 26. num. 5. Sel. in select. Canon. cap. 29. num. 8. vbi refert resolutum per S. Congregat. Episcop. in Sarzana. 15. July 1616. pariter resoluentes in hoc folium Pontificem posse dispensare.

Contra Sanch. d. cap. 5. num. 22. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 3. num. 9. Portel. in dubijs regular. verb. Abbatissa. nu. 10. Soar. de Relig. tom. 4. cap. 6. num. 16. Hieron. Roder. d. resolut. 2. num. 26. existimant ad Abbatissæ munus non desiderari virginitatem: nisi vbi mos esset impatiendi Abbatissis benedictionem speciale Virginum propriam, seu confectionem.

Bigamam Monialem absque dispensatione in Abbatissam eligi non posse per cap. 2. diff. 78. resolutum Maiol. d. cap. 29. num. 14. Vuald. d. cap. 5. num. 8. obseruantes quoad hunc effectum dici etiam bigamam, que post ea fuit votum prevaricata est, refert Sanch. d. cap. 5. num. 23. Lezana d. cap. 26. num. 7. Tambur. d. diff. 28. quæst. 13.

Infamem non posse in Abbatissam eligi, resolutum Maiol. d. cap. 29. num. 12. & 13. Vuald. d. cap. 5. num. 11. Sanch. d. cap. 5. num. 24. extidentes sine infamia sit iuris, sine facti. Lezana d. cap. 26. num. 7. in fine. Portel. in dub. Regul. verb. Abbatissa. num. 1.

Ex tripartito numero Monialium duas partes concurre debere in electione Abbatissæ, nisi alia fuerit loci consuetudo, & si fuerint discordes, posse Episcopum nominare ynam, quam magis idoneam judicauerit, refert deciūm Piasac. in præxi Episcop. part. 2. cap. 3. num. 57. verb. in monasterijs, quem citat Zypre. d. num. 9. verb. Abbatissæ. in fine. Aldan. d. tit. 28. num. 26. vbi allicit resolutum per sacram Congregationem Episcoporum in Assisen. 20. No-
 nembri

Sessio XXV. de Regul. & Monial. Cap. VII. 353

uembris 1585. Circa verò primam partem adest Rota decisiō coram Duran. 22. num. 3. lib. Quod verò vlorius deducebatur in electione Abbatissæ requiri duas ex tribus partibus Capituli, per text. in cap. indemnitatibus, §. sanè, in princ. de elect. lib. 6. domini dixerunt non esse verum, sed sufficere maiorem partem eligentium, habito respectu ad Capitulum, ut dictum est ex reg. text. in cap. quia propri 3.2. de elect. & in cap. duodum, cum alijs eiusdem tit. de elect. lib. 6. Et clare, deducitur ex tex. in d. §. sanè, vers. verum se que, usque ad fin. Nauare. cons. 5. de elect. & in specie Mirand. in man. Pralat. Regul. tom. 2. q. 23. art. 27. conclus. 2. & idem in tract. de Monial. q. 7. art. 4. Anton. Cuch. inf. maior. Canon. lib. 4. tit. 1. n. 291. Rodrig. ro. 2. q. Regul. q. 55. art. 4. qui ibidem art. 1. in princ. dicit hoc idem causum esse in statutis Ordinis Cisterciens. Noque obstat text. in d. §. sanè in princ. quia quod ibi dicitur de duabus partibus, procedit ad effectum, ut electa à duabus partibus, possit confirmari appellatione remota, etiam si minori parte contra eius personam defectus obviciantur: non ut autē propterea electio à majori parte facta nō tenet, quia alter text. ille efficit contrarius in d. verific. verum. Mirand. de monialib. & Cuch. ubi supra. Hactenus decisiō, cui tamen videtur aduersari alia eiusdem Rotae apud Tamburin. post tom. 3. de iure Abbatum decis. 17. num. 5.

7. In casu discordia inter Moniales volentes eligere, non posse superiorē ipsarum, aut scrutatorē dare votum in electione Abbatissæ, vel Priorissæ resert decisiōnem Laur. var. lucubrat. iii. 4. cap. 24. num. 42.

8. Non minor anni quadragesima.] Vide Hieron. Rode-
ric. d. resol. 2. num. 5. Tamburin. d. diff. 18. q. 2. num. 4. Lau-
rent. de Franchis ubi supra pag. 154. in resp. ad 1. Lezana.
d. cap. 26. num. 3. Rota apud eundem Tamburin. post tom.
3. sui tract. de iure Abbatum decis. 17. n. 2. Circa quanū tam
non posse Episcopum diſpēfare, resert decisiōnem Ar-
mendat. in addit. ad recop. legum Navarræ lib. 1. tit. 18. l. 7. de
Episcopis num. 102. resolunt. Azor. in sīt. moral. part. 2. lib. 6.
cap. 5. q. 9. Garc. d. cap. 4. num. 71. Aloy. Ricc. in de-
cis. Curia Archep. Neapol. decis. 309. num. 9. part. 4. Sigism.
à Bononia de elect. dub. 62. nu. 6. Nouarr. in singulari. concil.
15. num. 2. vbi num. 3. contra Garc. citato loco tēnet, quod
prædicti quadragesima anni non requiruntur completi.

9. Electio Abbatissæ, que atatem 40. annorum requisita-
tam non habebat, si in monasterio non debeat alia
Moniales quadragenariae atque habiles, licet non adeo
idoneas, sicut electa, est nulla, ita Aldan. d. tit. 28. num. 11.
referens sic fuisse deciōm in Viterbien. 16. Maij 1623.

10. Constitutio Gregorij XIII. super mutatione officij
Abbatissæ, ac Priorissæ Monialium in Italia existentium,
singulis quibusque trienniis, obseruari debet in orani bus
Monialium monasteriorum quarumvis militiarum, etiam
Hierosolymitanorum, Aldan. d. tit. 8. num. 12. dicens sic
fuisse resolutum per sacram Congregationem Episcop.
sub die 22. Maij 1604.

Abbatissæ, aut Priorissæ expleto officiorum triennio 11.
non possunt denū eligi ad eadem officia, absque Sedi Apostolicae, aut sacræ Congr. licentia, prout assertit de-
cisiōm Aldan. d. loco.

Abbatissæ foror potest succedere in officio forori, si 12.
Canonicē eligitur, dummodo non adiūc aliquod impe-
dimentum legitimū circa eius personam, vel prohibe-
atur per constitutiones Ordinis, ita Aldan. d. tit. 28. nu.
15. vbi resert decisiōm ab eadem S. Congreg. in Vlixbo-
nen. 19. Aprilis 1619.

Monialium scrutatores in electione Abbatissarum, & 13.
aliarum superiorum, non possunt supplerē pro numero
vocum requiritarum in huiusmodi electione, seu in casu
discordia. Aldan. d. tit. 28. num. 20. vbi assertit resolutum
sub die 24. Maij 1621.

¶ Dnobis vero monasterijs nulla præficiatur.] Vide Flam.
Parisi. de resignat. benefic. lib. 3. q. 18. num. 40. vbi num. 43. sub-
dit Abbatissam non posse præfici, & habere duo mona-
steria, etiam si vnum habeat in titulum, aliud vero in
commendam.

¶ Is vero, qui electioni præfici Episcopus, &c.] Vide Nauarr.
in cap. statutum 19. q. 3. num. 59. Franc. Leo d. part. 2. cap. 1.
num. 46. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. quest. 46. art. 5. Fr.
Ioan. à Crucē de statu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 2. concil. 3. notab.
3. prop̄ fin. Fr. Lédon. Mianda in man. Pralat. tom. 2. q. 2. a.
15. concil. 2. & q. 7. art. 3. concil. 3. Sanch. in precepta Docalogi
tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 50. Hieron. Venero in examine Epi-
scop. lib. 6. cap. 28. num. 7. & 8. metipsum de officio, & potest.
Episcopi part. 3. alleg. 102. num. 46. obseruantes, quod si Pre-
lati prudenter iudicent non posse fieri canonicē dictam
electionem ipsi non intratibus ob inquietudinem Mo-
nalium, & suspicione subornationis votorum inter ip-
fas subortę, aut ob alias iustas causas à superioribus pru-
denter arbitrandas, tunc solum licet poterunt prædicta
ingredi monasteria, ibi; ipsarum Monialium vota audire.

Nouissim⁹ Gregorij X. V. fel. rec. in sua constit. 16.
de exemplorum privilegi. incip. Inscrutabilit. sub dat. 9.
Februario 1622. circa hanc materiam electionis Abba-
tissarum statuit in hac verba. Ac similiter posse Episcopus
unū cum superioribus Regularibus quarumcunque Abbatissarum.
Priorissarum. Praefectarum, vel Propositarum eorumdem
monasteriorum quoquaque nomine appellentur, electionibus per
se, vel per alium interesse, ac præsidere, absque illa tam
ipsorum monasteriorum impensa. Hactenus dicta constitu-
tio, super qua postea sacra Congregatio Illustrissimo-
rum Cardinalium Concil. Trid. interpretum censuit ius
confirmandi Abbatissas, minime fuisse Episcopis per
eiusmodi constitutionem attributum, quam quidem
declarationem originalem præ manibus habui, impre-
famque vidi in Typographia Camere Apostolice de
anno 1624.

*Monasteria Sedi Apostolicae immediatè subiecta deputent personas quolibet triennio,
que liberè statuant, & deliberent, ac visitent, & si negligentes
fuerint, suppleat Metropolitanus Provinciæ.*

C A P V T VIII.

1. Doctores de materia cap. agentes.

2. Capitulum generale triennale si non conuocauerint Regulares à quibus ad id sing. compellendi.

MOnasteria omnia, qua generalibus Capitulis, aut Episcopis non subsunt, nec suos habent ordi-
narios regulares Visitatores, sed sub immediata Sedi Apostolicae, protectione, ac direktione
regi consueuerunt, teneantur infra annum à fine præsentis Concilij, & deinde quolibet triennio
sele in congregations redigere, iuxta formam constitutionis I II. in ^a Concilio generali, qua
incipit: In singulis ibi certas regulares personas deputare, que de modo, & ordine, de prædictis congre-
gationibus erigendis, ac statutis in eis exequendis deliberent, & statuant. a Quod si in his negligentes fue-
rint, liceat Metropolitanus, in cuius prouincia prædicta monasteria sunt, tanquam Sedi Apostolicae
delegato, eos pro prædictis causis conuocare. Quod si infra limites viiis prouinciarum non sit sufficiens
talium monasteriorum numerus ad erigendam congregationem, possint duarum, vel trium prouinciarum
monasteria vnam facere congregationem. Ipsis autem cōgregationib. constitutis illarum generalia Capitu-
la, & ab illis electi Præsides, vel Visitatores eandem habeat auctoritatem in suę cōgregationis monasteria,

Barbos. Collect. in Concil. Trid.

^a Cap. in sin-
gulis de sta-
ta monach.

